risus planctus, laus dedecus, mu
nera quoque vobis facta vias
perdicionis vobis ministrant verbis
que nutibus stultis hominum tempora
vane detinetis, omnibus quoque
in vobis et ceteris fomentum mi
nistrat. Unde Ovidius libro primo
de arte amandi Messis erit
apta capi tunc cum letissima ve
rum Et seges in pingui luxu
riabit humo Pectora dum
gaudent nec sunt astricta dolore
Ipsa blanda tunc subit arte Ve
nus Heu lamentabilis leticia
que veneri famulatur quam stulto
rum leticia mancipatur Attende enim
illud Ovidii libro de ponto Tu
modo fac timeas et que tibi leta
videntur dum loqueris fieri tristia
posse puta quod stulti minime con
siderant **Capitulum tredecimum**
**de stulto amore cavendo etc.**

Fatuus amor iudicium im
pedit racionis et in propria
causa unusquisque frequenter
seducitur Amor enim excecat ut
vere iudicare non permittat Pru
dens igitur si fieri cupis medio in
terposito tuam discerne causam
et alterum tibi prestituas et de illo
quod iudicaveris et de te ipso ar
bitrerius iudicandum Nosti enim
teste Aristotele 2o de anima visu
causam sine medio non posse et
obiectum sensui superpositum sensa
cionem impedit Si igitur tu tibi
propinquior sis et immediacior
res vel quecumque visui superposita

Quo igitur de te iudicare poteris, tu
igitur medium queras et in alio con
sidera quod de te iudicare cupis
quia plurimos propius excecat amor
Nam ut communibus sapientum colli
gitur amare et sapere vix a deo conceditur
quia sed raro accidit quod homo sapi
enter iudicet de eo quod amat Unde
Varro in suis sentenciis Nullus in
quit tam modeste sua iudicat
sicut aliena hoc accidit autem
eo quod nemo sibi invidet Nam
olim Thobares magnus Allexandro
dicebat Natura inquit mortalium
hoc nomine prava et sinistra dici
potest eo quod in suo quisque negocio e
becior est quam in alieno Et The
rencius in adelphis homine in
quit imperito nil iniustius qui
nichil rectum putat nisi quod ipse
facit Omnium quoque hominum fere natura
est ut aliena melius iudicent
quam sua Vix igitur prudens ut
de propriis bene iudicet aliena consideret
Sed tenerum teste Plinio ad Corne
lium, tantum quisque sue invencioni
favet Et Quintilianus libro secundo.
Aliena quoque vicia magis vult
quisque reprehendi quam sua Unde Lac
tancius libro de falsa sapiencia Neces
se est de se recte iudicare si aliena
melius iudicat quam sua Et Tuli
us libro primo de officiis Nescio
quo sit ut magis in aliis quam in
nobismet ipsis cernamus si quid
delinquit hec omnia enim precipue
facit amor Unde Seneca epistola

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0110
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg